Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aus einer Erklärung von Ev. Matth. 27,50-60 - Cod. Ettenheim-Münster 458

[S. l.], [11. Jahrh.]

Makulatur: Bruchstücke aus einem Schreiben Causa citationis per Ordinarium

urn:nbn:de:bsz:31-138443

Visual Library

Utrum Metropol. seu Ordinarius vel Episcopus dioecesanus
puta Salisburgen. Pataven. Augustanus, Frisingensis,
vel Ratisponensis in processu Judicii petitorii super causa
decimarum instituto de iure possint directe per parochos
suos dioecesanos vel scheda citatoria ad praedictos parochos
data citare subditos Bavaricos, ut ad talem citationem
compareant coram Judice Consistoriali dicturi testimonium
super articulis ad evincendam praetensam proprietatem
seu ius decimarum concernentis. An vero de iure teneatur
ordinarius praedictus Ratisb. vel ad ipsum Ser.mum Bavariae
Ducem vel ad eius officiarios literis alterutrum e
duobus petere, nimirum ut vel subditi per praefatos
officiarios iubeantur ad diem dictum sese in Curia
vel consistorio Episcopali sistere responsuri ad interro-
gata. Vel ut officiarius Bavaricus missis ad illum
una cum literis, quas mutuo compassus communis practica
vocat articulis seu positionibus actoris examinet testes,
et quod illi testificati fuerint, id sub sigillo suo
clausum mittat ad Curiam

Ser.mus Bavariae Princeps negans se ad id teneri quod
[illegible] obligatam rationem directam urgen

2v

[illegible] habet pro se practicam [illegible]

paulo ante memoratam. Nimirum quod [illegible]

territorij subditi ad extraneum tribunal extra

vel citari non [illegible] propter defectum iurisdictionis

quam non habeat ordinarius, stante communi [illegible]

trita regula l. fi. ff. de iurisdict. om. Iud. quae

habet, quod extra territorium ius dicenti impune

non paretur. Cuius regulae ratio, seorsum a Iure

Principis praedicto considerata, respectu subditorum

citatorum hoc militat evidenter, quod subditi

taliter evocati, non sine dispendio suo et [illegible]

longe maiore, quam praestatio sumptus a actore

refusi compenset, ab operis suis rusticanis, domo

et familia sua abesse cogerentur.

Consistorium vero hanc habet intentionis suae rationem

sive fundamentum, quod qui habet ordinariam

iurisdictionem in aliqua causa, is omnia [illegible]

habere censendus est, sine quibus iurisdictio

nequit exerceri.

Cum itaque ordinarius generaliter in [illegible]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

quin cedant, iustitiae et iuri.

Quaeritur cuius partis iustior sit intentio, et in iure, sicut etiam in praxi, usurpatior.

3 v

[Ca]usa Citationis per

[Or]dinarium

[illegible] 1502 [illegible]